OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=6373 page 1/2
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 8160
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

verbo dei ad decipiendas animas et ſtabiliendam idolatriam Antichriſti et confirmandam Tyrannidem. &c.

En itaque *Codicem* Documentis ad Hiſtoriam Eccl. *Germaniae* Sec. XVI. facientibus refertum, ejusque Indagatoribus non negligendum!

CCCCLXVII.

Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 46. f. continet 158
I. *Lutheranorum* impugnationem rhythmis irata Minerva adſtrictam ad *Fridericum Nauſeam* Epiſcopum Vienn. Autore anonymo, qui ſe *fratrem Bohemicum* adpellat. Inſcriptio:

Dem Hochwirdigen in Goth herr H. Friderich
Byſchoff zu Wyhen von goth fürſehn genediglich
Ein rechte Fürſtande aus Heilliger ſchrifft
Wider Luttheriſch Seckten vffs kurczte gericht
Geczogen aus alden vnd Nawen Teſtamenth
Den beſtendigen Chriſten zw Troſth geſenth.

Non ſic Impij. non ſic, Sp. 1. Der Behmiſche Bruder. 1548. Neque tenebo Lectorem, ſi addidero, ſubjunctam eſſe Cantilenam ejusdem furfuris: *Ein Lied wider Martinum Luttbern.*

II. *fol.* 34. Scriptum contra Formulam Religionis dictam *Interim* a *Carolo* V. in Comitiis *Auguſtan.* 1548. publicatam hoc titulo: *Welcher maſſen das Interim den Chriſtlichen ſtænden augſpurgiſcher Confeſſion iſt vorgeben vnd aufferlegt.* Huic titulo alia manu impoſitum eſt: *Mart. Buceri.* Rejectam fuiſſe ab hoc Viro praedictam *Formulam* teſtis eſt *Sleidanus* L. XX. p. 625. calamo vero etiam impetitam *Bibliotheca Geſneri*, quae inter *Buceri* Vernacula nondum edita cenſet *Scripta quaedam de Interimiſtico negotio.* Facile igitur praeſens hoc noſtrum eo pertinere poteſt, viderique αὐτογραφον. Praemittuntur §§. *Formulae* 7. 8. et 9. inque eos Commentatio inſtituitur. Succedit dein impugnatio ipſorum Articulorum ſic inſcripta: *Was die Ratgeben und Anſteller des Interims den Chriſten ongleublichs vnd ontræglichs in das Interim geſetzet haben.* Denique *Articulus* XII. *Von Ceremonien vnd gebrauch der Sacramenten*, per partes deſcriptus, notisque ad partes ſingulas ſtipatus eſt. Clauſula Scripti totius: *Er gebe gnad vnd hilff, vnd bleybe bey vns, dan der abent iſt nach. Amen. Amen.*

Conjectum eſt praeterea in hunc Codicem folium *unum*, in quo ſcriptum eſt primo *Carmen Johannis Stigelij in Islebium interimiſtam currui adfixum, cum pertranſiret oppidum Jenam.* Islebius hic *Johannes Agricola* eſt Aulae

2026-06-27

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=6373 page 2/2
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 8160
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

Brandeburgicae eccleſiaſtes, qui *Julio Pflugkio* et *Mich. Sidonio* in concinnando *Interim* Adjutor fuerat, Carmenque incipit:

Ergo etiam noſtras triſtiſſima peſtis ad oras
Ergo Draco Sathana concomitante uenis, &c. ut *Cod.* praeced.

Dein notum illud *Jani Vitalis* Epigramma *in vrbem Romam*:

Qui Romam in Roma (media) *quæris nouus aduena terra* (Roma) &c.

CCCCLXVIII.

750 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 49. 8. Inſcriptionem hanc praefert: *Eyn buch der erclerung des helgen geiſts, wider die nuen vffgeblaſſen geiſter, wie vnd by welchen gleubigen er myt ſym grunt vnd weſen iſt, geſchrieben von elyzabet Gotgafs vnd geendt vff ſamſtag vor antonij ym yar vnſſers lieben heren.* 1548. Agitur itaque de Veritate Doctrinae et Spiritus in Eccleſia Romana adverſus eos, qui ſeceſſionem ab ea faciunt. Initium eſt: *Die kraft vnd heylmachung des hochſten gottes wünſch ich allen chriſten* &c. Nota thecae exterius adſcripta *Eliſabetham* hanc *Abbatiſſam* vocat, ejus tamen Coenobium tacet, quod in *Helvetia*, aut *Alſatia* ſitum fuiſſe reor e dialecto.

CCCCLXIX.

751 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 56. 8. Eandem Autorem habet, inſcribiturque: *Eyn buch von der ynnerlichen kraft des geyſts gottes wie die yn uns den chriſtlichen grunt erwecken ſall, zu eyner ſychtbarlichen erkentenis das wyr die war kyrch gottes ſyn durch das gewyſs Zuneygen des helgen geyſts geſchrieben von myr elyzabet Gotgafs vnd geendt vff mitwoch vor catharine Anno.* 1548. Initium: *Jeſum chriſtum den erloſer der welt wunſch ych allen chriſtgleubigen vnd fromen menſchen* &c. Perſequitur *Eliſabetha* Argumentum ſuperiore Libello tractatum, oſtenditque virtute S. Spiritus deduci nos ad verae Eccleſiae cognitionem, certosque reddi, nos in ea exiſtere. Mulieribus καλλιγραφοις eam certe nemo accenſuerit quamvis in rebus ad Religionem et Myſticen pertinentibus non obiter verſatam.

CCCCLXX.

Codex chartaceus germ. lat. 161
Sec. XVI. Folior. 226. f. ſequentia complectitur: I. Syntagma Actorum publicorum *de Pace Religionis*, et *Ferdinando Rom. Rege agnoſcendo* primo *Schwinfurti* dein *Norimbergae* 1532. inter *Albertum Moguntinum*

2026-06-27